Profiteri, voluntatis est: Confiteri, necessi-
tatis & coactus; quod ita positum sepius legitimus.
Cic. pro Manilio. Hic ego non solum confi-
teor, verum etiam profiteor. *Honestius* itaque
profiteri, quam confiteri.

Vicus, tella & clausa est malignitas. *Virg.
Georg. lib. 3.*

Quam si quis ferro potuit reficere sumnum
Vicris os, alitus vicum, vicitq; tegendo.

Vulnus, bians & patens. *Idem lib. 9.*

Protraxi, pressiō oculos, aut vulnera laci-
viste tegens.

Quartum, & Quartū prudentes differre dixe-
runt. *Vario Disciplinarum 5.* Aliud est quartū
prætorem fieri, aliud quartū. Et Quartum
locum significat, & tres ante factos: Quartū tem-
pus significat, & ter ante factum.

Turpe, & Fœdū quam habeant distantiam:
manifestū est. *n. m. Turpe, levior res est. M. Tull.
de Offic.* Luxuria verò cum omni atati turpis,
tum senectuti fœdissima est.

Formæ, & Figure que sit differentia. *M. Tull.
lius manifestator est.* Nam Formam, integritatem
speciei esse voluit: Figurā, formam nostram.
M. Tull. de offic. lib. 1. Principio corporis no-
strī magnam naturā ipsa videtur habuisse ra-
tionem, quæ formam nostram reliquamque
figuram in qua esset species honesta, eam
posuit in promptu.

Dignitatem, & Venustatem discernere vo-
luit *M. Tull.* ut Dignitas, viris: Venustas, fœ-
minis sit attribuenda, *de Offic. lib. 1.* Venustatem
muliebrem dicere debemus, dignitatem vi-
rilem.

Monstra, & Ostenta sunt monita deorum.
Virg. lib. 3.

Monstra deum refero.
Prodigia, deorum minæ vel iræ.
Idem lib. 3.

Sola novum dictuq; nefas Harpyia Celano
Prodigium canit.

Portenta, ostenta, que aliquid imminere si-
gnificant. *Lucil. lib. 25.* Nisi portenta anguesq;
volucres ac pinnatos scribitis.

Celare, est tegere & abscondere. *Terent. in
And.*

Bene dissimilatum amorem & celatum indicans.

Cælare, insculpere. *Virg. Aeneid. lib. 1.*

celataq; in auro.
Fortia facta patrum.

Ignoscere, & Concedere quemadmodum
inter se distent, aperit *M. Tull. ad Cesarem In-
niorem, lib. 1.* Quod mihi & Philippo vaca-

tionem das, bis gaudeo: nam & præteritis
ignoscis, & concedis futura.

Contemnere, & Despicere eo distat, quod
Despicere gravius, quam Contemnere. *M. Tull. de
Senectute.* Contemni se putant, despici, illudi.

Cupiditas, & Cupido diversa sunt: nam Cu-
piditas levior est. *Lucil. lib. 23.* Cupiditas ex ho-
mine, Cupido ex stulto nunquam tollitur:
quod Cupiditas pars quædam sit tempera-
tor, defluens ex Cupidine.

Imitatio, simplex est, & livorem atque invi-
diam non admittit. Emulatio autem, habet qui-
dem imitandi studium, sed cum malitia operatione.
M. Tull. in Cesarianis. Quod quodam æmulo
atq; imitatore studiorum & laborum meo-
rum & comite abstracto.

Probatum, & Spectatum co differunt, quod
hoc, vis majoris est. *Lucil. lib. 26.* Tuam proba-
tam mihi & spectatam maximè adolescen-
tiā.

Bellum, & Prælium hoc differunt, quod præ-
lia partes sunt bellū, hoc est, in bello congreßiones.
Lucil. lib. 26. Ut populus Rom. victus vi, &
superatus præliis saepe est multis: bello vero
nunquam, in quo sunt omnia.

Inter Cavere, & Vitare. *Lucilius* esse distan-
tiam voluit lib. 26. & esse plus Vitare. Quid tibi
cavendum censes, quid vitandum maximè?

Vetustiscere, & Veterascere quid intersit,
*Nigidius Figulus commentator Grammaticus
lib. 10.* deplanavit: Dicemus quæ vetustate de-
teriora sunt vetustiscere: inveterascere, quæ
meliora.

Nocens, à Nefario, & Impio distare, nō
Nocēs levius vitari possit. *M. Tull. de Offic. lib. 2.*
voluit; Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita
habendum est religioni contrarium, nocen-
tem aliquando & nefarium impiumque de-
fendere.

Innuere, est facie significare! *Ter. in Adelphi.*
Non innuera, verum in istam partem potius peccaro
tamen.

Annuere, concedere. *Virg. lib. 10.*
Annuit his Iuno.

Flagrare, est incendi & ardere, Fragrare, verò
olere, & in plurimis invenitur ista discretio.

Noxa, est peccatum leve. *Virgil. Aen. lib. 1.*
Vnius obnoxiam & furias.

Noxia, nocentia. *Idem lib. 8.*
— iraq; & criminis noxia cordi.

Plus, à Multo vetustas voluit discrepare,
& potest videri hanc habere posse distantiam, ut sit
Multum, à plurimo minus, ac non supra modum.
Plus, sicut in plurisq; quod majoris modi est quam
necessarium est, atque ideo *M. Tull. discribit Epist.
ad Catonem.* Nec iccirco mihi desiderandam
esse dignitatem meam, quod eam multi im-
pugnarint, sed eò magis recolendam, quod
plures desiderarint.

Inter Speratam, & Dictam, & Paetam, & Sponsam, hoc interest, quod virgo priusquam pertatur, Sperata dicitur. Plaut. in Amph.

Amphitruo uxorem salutat letus, speratam suam.

Dehinc Promissa, vel Paeta, vel Sponsa dici potest. Virgil. Aeneid. lib. 2.

— Cui parvus Iulus.

Cui pater, & coniunct, quondam tua dicta relinquer.

Et idem in alio loco.

Et gremiis abducere paitas.

Mutuum, sine usuris: Fœnus, cum usuris sumitur, & est accepti fatus. Unde & Fœnus dictum est, ut Gracè τόκος, quasi partus mutui sumpti. Plaut. in Asin.

Si mutuo non potero, certum est sumam fenore.

Unde honestius mutuum est, quod sub amico affectu fiat meum tuum, usum temporis necessarii.

Nutare, capit: Annueret vel Innuere, narium vel laborum: Niñare, oclorum significantiam esse decreverunt veteres. Plaut. in Asin.

Nec ulla ulli homini nutet, niñet, annuat.

Simulare, est fingere scire que nescias: Dissimulare, fingere nescire que scias.

Castitas, & Pudicitia paria deputantur, cum sit Pudicitia, ab injurya turpium libidinum libera: Castitas, ab his continens, & remota: præterea & religiosa mundicia, & puritas. Virg. lib. 7.

Præterea castis adolet dum altaria tedi.

Atque ideo plus est Castitas quam Pudicitia, quod pars cum aliis ceteris castitas.

Alere, & Pascere hac distant autoritate: ut sit Alere, sufficiendi generis curam habere: Pascere, natos cibo saginare. Varro γεντιδιδασκαλη, Vbi prægraves pascuntur pavonum greges.

Ora, & Oræ licet paria esse videantur, tamen, ut genere, ita intellectu distant. Nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies nostra significatur. Virg. lib. 12.

Ora ciatorum dextra detor sit equorum.

Quoties fœmininum, cujuslibet rei fines.

Virg. En. lib. 1.

Exire, locosq;

Explorare novos, quas ventos accesserit oras.

Inter Extinguere, & Opprimere interesse Cicero voluit lib. de Amicitia, ut sit maius Opprimere, quam Extinguere. Quamobrem inquit, primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: si tale quid evenerit, ut extingue potius amicitiae quam oppressæ videantur. Quasi, quod Extinguitur, possit renovari: quod opprimitur, non queat.

Morbum, à Vitio prudentia veterum sic volunt separari, ut sit Morbus, cum accessu utique aut temporis, aut contagii: Vitium, perpetua & insanabilis atque irrevocabilis causa.

Meminisse, & In memoriam redigere hoc differre Aristoteles putat, quo diaq̄ēi μνημονίων

τῷ μεμνῆσθαι, & vult Meminisse, omnium esse animantium, ut cibi, potionis, somni, voluptatis: In memoriam revocare quod exciderit, non nisi homines posse.

Die quarta, & Dic quarto hoc differre prudentes volunt, (quorum tamen auctoritas in obscurō est) ut sit Die quarto, temporis præteriti: Die quarta, futuri.

Mentiri, & Mendacium dicere, quemadmodum distent, P. Nigidius studiis bonarum artium præclarissimus manifestissime separavit. Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui mendacium dicit, ipse fallitur. Qui mentitur, fallit, quantum in se est. Vir bonus præstare debet ut non mentiatur: prudens, ne mendacium dicat: alterum judicat in homine, alterum non.

Festinare, & Properare veteres voluerunt habere distantiam. Cato Oratione quam de suis virtutibus scriptis, Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is Properat: qui multa incipit, neque perficit, is Festinat. Verum utrorumque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, ut sit sè Properare, animi studiose ad res aliquas cōtendentis: festinare, corporis necessitatibus obsequenter.

Matronæ, & Matris familiās dissimilitudinem, hoc modo veteres quidam docti separant, ut sic Matrona, quæ peperit semel: Materfamiliās, quæ sepius: sed hac definitio videtur absurdā. Ad hæc fideliū locupletiores, Matronam, quæ in matrimonio sit mariti, etiam ante susceplos liberos diétam, meliore tamen matris future sive, M. Tullius nomine nuncupatam: Matrem vero familiās, quæ in familia mancipioq; sit patris familiæ, et si in mariti matrimonio esset.

Avarum, semper in reprehensione est: Avidum autem, ab avendo, quod est etiam honestè cupiendo, & ab eleccióne intelligi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adjungitur causis. Virgil. libro 2. Georg.

Pascuntar, oves, avideq; iuvence.

Audentia, fortitudinis sit: Audacia, temeritatis. Sallust. Audacia pro muro habetur. Virg. lib. 6.

— Audentior ito,

In casus omnes. Ibidem.

Aude hospes contempnere opes.

quod humanitatis sit potius, quam temeritatis.

Prospicere, & Respicerre distant, ut Advorsum videre, Prospicere rectè dicatur: Respicerre, quasi retrò aspicere. Varro Manio: Sedens altus alieno sumptu, neque post respiciens, neque ante prospiciens.

Furorem, ab Insania distare. Cic. Tus. lib. 3. ostendit: Itaque non est scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim censuerunt inconstantiam. Insanitatem, sanitatem vacantem: posse tamen pueri mediocritatem

critatem officiorum, & vitæ communem cultum atque usitatum: Furorem autem esse rati sunt, intentis ad omnia cæcitatem: quod cum majus esse videatur quam insania; tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem caderet possit, insania non possit.

Confidentia & Fidentia discretionem pan-dit M. Tusc. lib. 3. Qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens, mala consuetudine loquentium, in vicio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis est. Qui autem est confidens, is profecto non extimescit. discrepat enim à timido, fidens.

Invidia, & Invidentia distant, ut Cic. Tus. lib. 3. Non dixi in invidiam, quæ tum est cum invidetur. Ab invidendo autem, Invidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen Invidiæ.

Ægrotatio, & Ægritudo distant, ut Cic. Tus. lib. 3. Sed propriè ut Ægrotatio in corpore, sic Ægritudo in animo nōmen habet.

Iracundus, & Iratus, Ebrius, & Ebriosus, Amator, & Amans & alia, quid inter se distent, Cic. discrevit Tus. libro 4. Aliud est iracundum esse, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore: neque enim omnes anxi, qui anguntur. Inter ebrietatem; & ebriositatem interest, ut aliud est amatorem esse, aliud amantem.

Lætari, & Gaudere distant, ut Cic. Tus. lib. 4. Atque ut confidere decet, timere non decet: sic quidem gaudere decet, lætari non decet: quoniam docendi causa à gaudio læticiam distinguimus. Ut autem innuit idem Cic. Gaudiūm in sapiente, in rebus bonis semper est: Læticia, etiam in malis & turpib. esse potest.

Pernicitatem. & Velocitatem. Cic. discrevit. Tus. lib. 5. Præstant valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus, adde etiam, si lubet, pernicitatem. Virg. Georg. lib. 3. hoc sensit.

Dura iacti pernix instrato saxa cubili.

Vt illud, sit celeritatis, hoc patientissime fortitudinis.

Metum, Timorem, Formidinem, Pavorem. Cicero discrevit Tuscul. lib. 5. In quem autem metus, in eum formido, timiditas, pavor, ignavia incidit.

Innocens, est non nocens, & Innocuum, il-lasum. Virg. lib. 2.

Et sedere carina Omnes innocue.

Legere & Eligere, non sub eadem significacione intelligi vult Varro de re rustica, Vua non solùm legitur ad bibendum, sed etiam legitur ad edendum. Ut sit legitur, colligitur, ut plerunque: legitur vero, melior queaque de plurimis.

Miserari, est flere & lamentari: Misericordia, miserationem alienis casibus exhibere, & significatio active ad primum affectum, passiva ad secundum.

Acerosum & Aceratum utrumque novè possum, sed distant proprieate signatum. Acerosum namque panem farre minus purgato, ac sordibus à candido separato dicendum veteres pistaverunt. Lucil. libro 25.

Quæ galam libere ac rugis condutæ ventris Farre aceroſo olei decumano pane coegerit.

Hunc Greki ἕπιπνευ vocant. Aceratum vero, est lutum paleis mistum; ut laterariis usus est: Lucil. lib. 10.

Nam latircm quā dicit, habet illi ampliæ tunquam. Quām commune lutum è paleis, cœnumq; aceroſum.

Multum, infinitum est, Satis, finitum: avaris illud, hec parcis & se continentibus applicandum est. Lucil. lib. 18.

Denique uti ſulco n̄ fit ſatis, omnia cum ſint.

Omne, atque Totum volunt quidam esse ſequuntur, ut Omni plus esse Totum putent: cum indiscretè inter autores frequenter possum legerimus, & utrumque cum significantia universitatis. Quid? quod Totum, quod plus putatur, non pro Cuncto alicubi accipi potest Virg. Georg. lib. 3.

— totas Advolvere focis ulmos, igniq; dedere.

Ut sit totas, integras: non omnes, quæ in mundo ſunt ulmos.

Eniti, Ininiti, Obniti, cum ex uno ſint intellectu, acceptis tamen prepositionibus ſunt diversæ. Eniti enim potest videri, aut aliquam gratiam, aut honorem, aut utilitatem erumno tendere ſinelabore, quanquam in aliquibus gravius audiatur; ut ſint Enixa, pariendi labore defunctæ: Ininiti autem, incumbere, manifestum est. Virg. lib. 6.

Ille vides pura iuvenis qui ininitiū basta.

Obniti vero est, contra adversarium obnictari. Virg. 4. Georg.

Vjquædo obnixi non cedere.

Illix, & Illex hoc discernuntur: ab illiciendo Illix: Illex vero, à quo lex non servetur. Plant. Penulo.

Qui male rei ante fumus Illices.

Idem Persa, Ininitia illex, labes populi.

hoc est, vivens sine lege, sine jure.

Ergastulum, & Ergastulus, ut genere, ita & intellectibus different. Nam neutro, carceris locus est: masculino, custos loci pœnalit.

Fremere, est magnū ſonare. Virg. Georg. lib. 2.

Fluctibus & fremitu affurgens Benate marino.

Frendere, cum gemitu vel iracundia miserium ant minax ſonare. Virg. lib. 3. En.

Luminis effossi fluidum lavit inde cruentem.

Dentibus infrendens gemitu.

Fora, & Fori, ut generē, ita & intellectibus discernuntur. Neutre, loca sunt quibusdū dicitur: masculino, ſpacia in navibus. Ut idem lib. 6.

Inde alias animas, que per inga longa ſedebant Deturbat, lassatq; foros.

Vel locus apertus ac patens: undē & gladiatores foros facere dicuntur, cūm longo se cantur circuitu.

*Educere, est extra trahere: Educare, enutri-
re, & provehere. Varro Catone, vel De liberis
educandis, Educit enim obstetrix, educat nu-
trix, instituit pædagogus, docet magister.*

*Aborsus ille dicendus est, qui est in primis
mensibus, cūm conceptui exordium factum est:
Abortus, prope tempus pariendi. tunc enim mori-
tur quod nascitur. In plurimis hoc reconditum in-
venimus.*

Agratii.

*F*Verimus, cōjunctivo modo, tempore praterito.
Fuerimus, eodem modo, tempore futuro.

*Cūm dixeris, verbo activo, cōjunctivo modo:
Diceris, verbo passivo, indicativo modo.*

Miramur, opera: Admiramur, virtutes.

*Labium, superius dicitur: Labrum, inferius.
Rostrum non est, nisi quod incurvum est.*

Exercitus, laboribus: Exercitatus, studiis.

*Minores res esse alias, aut homines dicimus:
nam minoris emptum aut estimatum aliquid re-
cte dicimus, sicut est. Pluris, quod majori summa
taxatur.*

*Plures, de multitudine scribimus, Plures, de
comparativo gradu, Cic. Vnus plures prædo-
num duces cepit Servilius, quam cæteri. Po-
stivum habet Multi, superlativum Plurimi.*

Cepit, de capiendo: Cœpit, de incipiendo.

*Vterque venit: Vtrique veniunt. Cic. Iubeo
promi utrosque, binos ut habeam.*

*Comparia vasa Delphica semper sunt, unde
ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria com-
plura.*

*Quæritur, de inquirendo: Queritur, de
plorando dicimus: & sic Questus, lucrum, &
Questus, lachrimarum.*

*Poculum, vas est: Potio, quod hauritur. Cic.
Accepto poculo subito in media potionem
exclamavit.*

*Dimidiatum calicem bibi, non dimidium
dicere debemus: non enim ipse vas bibis, sed quod
intra vas est.*

*Olim, & Quondam, & Aliquando, tria
tempora tenent, prateriti, presentis, & futuri:
affatim inveniuntur exempla. Presentis demus,
quod difficile videtur. Virg.*

Tumidis quod fluctibus olim Tunditur.

Idem:

Quondam etiam viciis redit in præcordia virtus.

*Cic. Expergitimini aliquando, & cape-
site Rempub.*

*Conscribere, est multa simul scribere: Exscri-
bere, quod ab aliis scriptum sit transferre: Tran-
scribere, cūm jus nostrum in aliū transit: Inscri-
bere, accusationis est, vel occasionis: Adscribere,
significationis est: Describere, dictionis vel or-
dinacionis.*

*Extrudere, est in altum struere: Instruere,
aciem vel actionem: Altruere, affirmare: Con-
struere, struendo conjungere: Substruere, est
aliqua subternere, superposita re.*

*Memini me facere, dicere debemus, non, Me-
mini me fecisse: nam Memini, sermo est totus
præteriti temporis, qui antī factam rem in præsens
revocat. & si dixeris: Memini me fecisse, duo
præterita simul jungis. Cic. Memini Pamphilum
Lilybetanum mihi narrare solitum. Idem in-
fra, Respondi Metello ut debui, & memini
me dicere. Terent.*

Ego illam vidi virginem, forma bona,

Memini videre. Virg.

*Memini, fama est obscurior annis,
Aruncos ita ferre senes.*

*& multis præterea in locis. Neque invenitur ubi ab
aliis magnis auctoribus Memini ita possum sit, ut
non addatur aut etiā, aut aliquantus sermo, qui
præsens tempus restituat, nisi uno loco, & hoc quasi
mirabilis,*

*Namque sub Oebalia memini, me turrib. altis
Corycium vidisse senem.*

quod poëta pro necessitate metri licuit usurpare.

Instar illius rei, dicere debemus, non ad instar.

*Arbor, omne lignum dicitur: Arbos, non nisi
fructifera.*

Hora, dierum: Ora, profinibus.

*Pignera, rerum: Pignora, filiorum & affe-
ctionum.*

*Columbae, que mansuetæ fieri possunt, & do-
mibus assuecere: Palumbes, ferae, arboribusque
& silvis saxisq; inhabitantes.*

*Venient, qui accedunt: Vaneunt, qui ven-
duntur.*

*Consuescimus, bona: Insuescimus, mala:
Affuescimus, utraque.*

*Contingunt, bona: Accidentum, mala: Eve-
niunt, utraque.*

*Fungi, agere est: Defungi, est deficere, vel
peragere.*

*Adolescere, augmenti est: Inolescere, coa-
gamenti: Exolescere, vanescens.*

*Avena steriles, germen est: Habenæ, dicun-
turr retinacula jumentorum: hoc, de habendi pote-
state: illud, de occupandi aviditate dictum.*

Deuncem, decem uncias: Diuncem, undecim.

*Pulchritudo, forme: in viris Dignitas, unde
Cic. pro Clio. Quis non posset huic ætati atq;
dignitati, etiam si sine suspicione, at non sine
argumento maledicere? In fœminis autem*

*Honestas dicitur: unde Terent. de horrido & sena
Eunucho.*

*Illumine obsecro in honestum hominem, senem, mu-
lierem?*

Formosus vero, in luxuriosis, ut

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

*Ipse, pronomen dignitatis. Iste, abjectionis.
Terent. in And.*

Id isti vituperant factum.

*Donum, dantis est: Munus, accipientis: illud,
à dando: hoc, à munendo, vel à movendo dicimus.*

*Has manus, hujus hominis dicimus: Hanc
manum, multos homines conjunctos.*

*Coarguere, est coercere & compensare:
Arguere, ostendere & patefacere. Virg.*

Degeneres auimos timor arguit:

*unde Argumenta dicuntur, que causam cause
ostendunt.*

*† Sunt sermones (ut ita dixerim) communes,
duo sibi contraria significantes.*

Vector, est ille qui portat, & qui portatur.

Hospes est, qui recipit, & qui recipitur.

Sacer est, venerandus, & exerandus. Virg.

Auri sacra famæ.

Vltus est, vindicatus & punitus.

*Gratia, male & bona rei causa: nam sic dici-
mus: Inimicitiarum, ut benefici gratia. Ita, ut*

*Sallust. Opprobrii gratia. Cic. Religionis & sup-
plicii gratia, colendam & fruendam tradi-
derar. Et Terent.*

Qui referam sacrilego illi gratiam?

*Suffragia populi, & que honorant dicuntur, &
que donantur. Cic. de prefœitura urbana, Itum
vix ullis populi suffragiis redimere potuit.*

*Donamus, & illud quod damus, & illum cui
damus.*

Afficimus honore, Afficimus injuryia.

*Elevamus, & que in altum extollimus, & que
alleviamus, id est, leviora facimus.*

*Subducimus, & que retro subtrahimus, &
que in promptu afferimus bello. Sallust. Catilina
optimum quenque in primam aciem sub-
duxit.*

*Pudet, & qua de alterius facto, & qua de suo,
ut in Adelph. de verbis Aeschini.*

Vbi eum pudet fratris, non ante confessum.

*Supremus, Summus, & Ultimus, & superio-
rem & inferiorem significat.*

Altum, & quod sursum est, & quod deorsum.

*Procul, & longe & prope significat. Ut
— clypeo est excusa sagitta, proculq;*

Egregium Autorem, latius inter & illa fixit.

*Damnatus, & Addictus, & Obligatus, vel
potius Absolutus. Virg.*

Quem damnet labor, aut quod vergat.

*idest, quem virtus sua absolvat, aut victore infa-
ciat. Nunquam enim Virgilius in duobus locis
unam rem ponebat, præsertim cum A V T interpo-
neret, conjunctionem disjunctivam. Idem alio loco.*

Damnabis tu quoque vois:

*sicut votirens, dixerat hic, ita & absolvere dicitur
recte dicimus: Affatim, de re aliqua incorporeis:
primum enim de incessu, illud de affatu dictum.
Lepus, animal est: Lepor, jucunditas volup-
tis: unde & gratum aliquid, Lepidum dicimus:
Lepos, eloquii.*

*In prepositio, utrique casui servit. Cum in lo-
quelas transit, fit etiam communis intellectus. nam
& satis & parum factum aliquid, vel non factum
dicimus, sicut Impotens, & Infractus.*

*Latere, & absconsum esse aliquid dicimus:
& late patere. Virg.*

*Et scuta latenter condunt: Et,
Quod torva solum sub fronte latet.*

*Horridum dicimus, despicibile aliquid:
Horrendum, admirandum. Virg.*

Oculos horrenda in virgine fixit.

*Advocatur, daturus patrocinium: Invocatur,
præstaturus auxilium: Evocatur, præbiturus ob-
sequium.*

*Illuvies, sordium est: Ingluvies, ventris. illud
quidem à lavando, hoc ab ingluviendo dictum.*

*Torres, lignum præsumtum: Torrens, aqua
præcipite decurrens.*

*Commonemus, præterita: Admonemus,
præsentia: Præmonemus, futura.*

*Ne, multas significationes habet. Ut, Ne que-
re doceri. Ne, longa, adverbium prohibendum:*

*Ne, brevis, conjunctionis disjunctiva, ut est:
Hominis ferre.*

Ne, longa, conjunctionis causalis. ut est:

*Ne tenues pluvie. Et,
Ne subeant Herbe.*

*Temeritas, sine consilio dicitur: Audacia;
post consilium.*

*Velocitas, pedum & corporum: Celeritas;
animorum atque factorum.*

*Gaudium, animi laetitia est: Exultatio, mem-
brorum atque factorum.*

*Vicus est, quod nascitur: Vulnerus, quod ab aliis
infertur.*

*Vivum, de victuro dicimus: Viventem, de
morituro.*

*Nascitur, quod de utero decedit: Enascitur,
quod de terra aut de aqua exurgit.*

*Addicuntur quis, ad rem in honestam: Perdu-
citur, ad studia: Deducuntur, ad honorem.*

*Eluxit, qui luctum deponit: Illuxit, cūm humer
apparuit.*

*Nunciatur, de longinqu: Denunciatur, de
presenti: Adnunciatur, de futuro: Renuncia-
tur, de excusando & repudiando. Cic. Renuncia-
ta est tota conditio.*

*Deportare, deponere: Adportare, est aliquid
afferre: Comportare, in unum locum conferre:
Exportare, de loco tollere.*

*Temperantia, est animorum: Temperatio,
rurum: Temperies, ventorum.*

*Passim aliquid inveniri rerum, de re corporali
recte dicimus: Affatim, de re aliqua incorporeis:
primum enim de incessu, illud de affatu dictum.*

*Lepus, animal est: Lepor, jucunditas volup-
tis: unde & gratum aliquid, Lepidum dicimus:
Lepos, eloquii.*

Recipimus, aliquid deferendum, rogati: Suscipimus, nostra sponte.

Aspicimus, sursum: Conspicimus, palam: Respicimus, retro: Inspicimus, intus.

Præterea, præteriti temporis. Sallust.

Nunquam Hispanos præterea tale facinus facere audivi. Temporis futuri. Præterea haud suspecteris.

Eo, verbum prima personæ, facit Eo, is, it. Eo, adverbium loci, ut si dicas.

Eo redactus sum.

Eho, adverbium interrogantis est. Terent.

Eho Parmeno mi, nod in?

Eho, est interjectio jubentis vel hortantis.

Idem.

Eho puer, curre ad Racchidem.

Heu, interjectio dolentis est: Eu, lassantis.

Terent.

En Phormio, Idem.

Eu noster, laudo.

Heus, adverbium vocantis: Heu, respondentis.

Limen, adium est: Limes, regionum.

Arundo, canna est: ab ariditate dicta. Ut,

Fluvialis arundo:

Harundo, telum è canna. Virg.

Heret latèr lethalis harundo.

Hirundo, avis est quæ tignis adharet. Hirundo, sanguisuga dicitur.

Spirare, viventis est: Expirare, mortui.

Pertinacia, mala rei: Perseverantia, bona.

Consequimur, studio: Obsequimur, officio:

Persequimur, injuria: Prosequimur, ordine:

Aassequimur, voto.

Nihil, adverbium: Nihili, nomen est.

Nemo, momenti: Nullus, nihil dicitur.

Genus, familia: Gentem, regionem rectè dicimus.

Lætamur, de nostris: Gratulamur, de alicinis. Hoc gratificans læticia, Cicero dixit, Neque istius hominis perditæ subita læticia, quam hujus hominis amplissimi nova gratulatio, divitiis eum commovebat.

Herbidum locum dicimus, in quo herba est, et si aridus esse consueverit: Herbofum, qui herbam facile generat, etiam si ad tempus aridus sit. Sic Aquaticam potionem rectè dicimus, quæ aquam aliunde recipit: Aquosum locum, quod ex se aquam fundat. Ita & mericam potionem, mero sum autem vinum appellatur.

Attollit, Aggerat, nō ad tollit, ad gerat scribendum est. In compositione enim A D prepositio accusativi casus corruptitur, cum servire vocali incipit, quando eam muta sequitur. Integra autem permanet, quando semivocalis, ut adficit, adripit. Hujus rei ratio reddenda est: vocales omnis vocis principes sunt, & dominæ literarum, ut q; sint universa fortiora naturaliter faciunt, subiecta & ad-

jecta sibi protegunt, equalia autem & resistentia elidunt. Nam quemadmodum nonnunquam inter se collisa franguntur, interdum & Synalæphane faciunt: Ita consonantes sibi creditas conservant, quarum virtutem necesse est ut semivocales imitata vicina sibi muta tueantur.

Queritur ab aliquibus quid distet inter Super & Supra, & Subter & Subtus. Super est, quod eminet: Supra, quod substratum aliquid habet. Item Subter est, quod ab re aliqua superiore premitur & concilcatur: Subtus est, quod demissum altius non contingit.

Simum, dicimus exterius expansum receptaculum: Gremium, vestis receptaculum, interius jacens secretum. Virg.

Pandentemq; sinus, & tota veste vocantem Cœruleum in gremium.

Gremium autem dicitur à contrario, ab ingressu difficulti.

Dicimus Adytum, & Penum, & Penetrabile, eò quod adiri & penetrari raro solcant.

Largitas, humanitatis est: Largitio, ambi- Crassari, in corporeis est & sanguineis. (tionis. Graxari, aut animi aut crudelitatis.

Album, natura tantum est: Candidum, etiamsi studio: nam & corpori & animo aliquoties assignatur: Albos ergo capillos, carmen candidum rectè dicimus.

Muliebre dicimus, à muliere aliquid factum: 30 Mulierarium, per mulieres ordinatum, & per viros gestum.

Iuventus, ipsa hominis etas: Iuventas, dea, poëticæ. En, ut Græcæ dicitur.

Delictum, peccatum aliquando dicimus: Delectum, militia: At alicujus rei examinata Deletionem appellamus, nam Diligi, affectionis Deligi, iudicii est.

Inter Commodatum & Mutuatum nonnihil distat. Commodamus amico pro tempore equum, servum, vestem. hanc ipsam rem quam dedimus recepturi. Mutuo damus pecuniam, triplex, vinum, & his similia, quæ mutuo data recipi necesse non est.

Ligat quis, vinculo: Legat, testamento.

Loqui, est hominis: Obloqui, est obtrectato- ris: Alloqui, suadentis est, vel hortantis, vel blandientis: Eloqui, oratoris.

Percussum, corpore dicimus: Percussum, animo. Cicero de signis, Tanquam illa face percusso esse.

Efferunt, qui portatur: Et Efferunt, qui laudando extollunt. Idem Cicero, Nimium hæc illi fortasse efferunt.

Discrimen, & ad periculum pertinet, & ad experimentum.

Indigenæ, homines dicuntur: Indigenes, dis. Idem Indigetes, unde geniti dii.

Circumpedes, sunt obsequia servorum: Antipedes, amicorum.

Infita arbor est, cui infisse alienum germe in- cluditur: Adsita, cui in columi aliquid ut sustineat adjungitur. Horat.

Quæ populus ad sua surgit, quippe quæ virtibus manatur.

Fremor, est rumor hominum: Fremitus, ferarum.

Flavum dicimus rubrum, sicut Flava Ceres: Furvum, nigrum. Horat.

Quæ penè furvæ regna Proserpine.

Fulvum, rubrum & nigrum. Ut, Fulvum leonem, & fulvam aquilam, & fulvum aurum. Ut Virg.

Fulva pugnas de nube tacentem,

que haberet igneum de coelesti, & folidum de lu- gubri: aut certè de Aenea iracundiam, de Turno tristiciam. Fulvum certè aurum, cui ad decorum splendoris sui ingeniū aliquid addatur.

Postulatur aliquid, honestè: Poscitur, im- probè. Cicero in Frumentaria, Incipiunt postu- lare, poscere nimia.

Alvis, virorum rectè dicitur: Vterus, muli- cum: Venter, utroque modo.

Supplicia, de tormentis dicimus: Supplica- tiones, de precibus divini.

Triceni, de tricensi dices, Trigeni, de triginta.

Accersit, qui vocat: Arcersit, qui accusat.

Sic Cicerio, Nos capit is arcessere.

Ecquando, increpando, vel inquirendo, inter- rogantis adverbium est: Quando, simpliciter lo- quentis.

Ecce, cù ostendis: En, cù increpas. Cicero, En cui tu quoque libero tuto committas.

Hem, cù dolor iram moverit, aut cù admira- ratio cogitatio que stuporem.

Acervus, mobilis est: Acerbus, immaturus. Asper, in moribus, & in signis.

Abitum, sine aspiratione de abscessu scribit: Habitum, de vestitu gestu quo corporis dicimus.

Primus, è multis, & Prior, è duobus. Ita, Po- stremus, de multis, & Posterior, de duobus. Et, Alter, de duobus dicitur, Alius, de multis.

Ve, interjectio dolentis est, sine æ: Ve, conju- ctio disjunctiva.

Præmium, cù diphthongo. Pretiū, per t. fine æ.

Veteres enim mejores res sermonis cum diphthong- o, & quadam dignitate scribi voluerunt.

Precari, est rogare: Deprecari, est purgare & excusare. Virg.

Equidem merui, nec deprecor.

Cicerio, Quid faciet Hortenius, avariciæne crimina frugalitatis laudibus deprecabitur?

Fides, de fidelitate dicitur, Fidis, de chorda.

Desertus, orator est: Desertus, derelitus.

Delator, qui defert ad accusandum: Dila- tor, qui differt ad preferendum, Martialis,

Traducta est Gyaris, nec caput arena nocentes,

Et delator habet, quod dedit exilium.

Deluit, purgat. Diluit, temperat. Livius de morte Mithridatis, Quod cùm diluisset.

Adversum te, Adversarius: Adversus te, imitator.

Deduco, de amico producendo: Diduco, di- straho.

Drectum, in rectum vadens: Directum, in latera aptatum.

Partem, nomen est, Partim, adverbium.

Fastus, de superbia; & facit genitivum, fa- stum: Fastus, de libris, & facit fastorum.

Expectatur, venturus: Spectatur, qui vide- tur, vel probatur.

Apparet, qui videtur. Paret, qui obsequitur.

ÆLII DONATI, AR- RUNTII CELSI, ET ALIORUM Terentii interpretum.

Credimus, quod plerunque falsum est: Intel- ligimus, quod certum est.

Vtimur, fructibus rei qua ab amantibus salvo usu nobis subministratur: Abutimur, quando de- perdimus rem & fructum. Usui est ager, domus: abusui, vineum, oleum, & cetera hujusmodi.

Scribit, qui verba adhibet tantum: Facit, qui etiam argumentum componit.

Oratio, in sensu est: Stilus, in verbis. Oratio, ad res refertur: Stilus, ad verba. Stilus, non est in tempore, sed prolatâ oratione: Oratio est & in co- gitatione, & in prolatu.

* Orationem, in sententiis dicunt esse: Stilum, in verbis: Argumentum, in rebus.

Auferimus, ea quæ cum fastidio cernimus: Ferimus, ea quæ cum honore tractamus.

Curatio, propriæ medicorum est: Cura, reli- quorum.

Facere, est in opere esse: Efficere, perfectio- nem designat.

Iustum, in quo nihil iniquum jubetur: Cle- mens, in quo etiam multum de justo remittitur.

Adversum, sine dubio prepositio est. Ut, Ad- versum te habeo gratiam. Adversus, participium potest esse, ab eo quod est, Adverto.

Scimus, quod certum est. In And.

Nam qui scire possit, aut ingenium noscere?

Noscimus, que adhuc incerta desideramus. In Hec.

Forma in tenebris nosci non quita est.

Laudat, etiam alienus: Gaudet, qui pater est.

Ferre, est cum certo tempore: Perferre, finem expectat eventus.

Feruntur, onera: Sustinentur, supplicia.

Dedere se, pertinacibus: Obsequi, superio- ribus.

Obsequium, assentator debet: Veritatem, amicos. In And.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Duriter,

Duriter, sine sensu laboris: Durè, crudeliter: illud ad laborem, hoc ad sacerdiciam. Durè, in alterum: duriter in nos aliquid facimus.

Cibus, qui etiam delicatis præbetur: Victus, in parvis aridisque alimonis est constitutus.

Quærerit, qui ad plenum & perpetuum reponit: Quæritat, qui vix quotidie inquirendo victimum invenit.

Amator, fingere potest: Amans, verè amat.

Spondet, puer pater: Despōdet, adolescentis.

Metuo illum, qui mihi ipsi aliquid facturus est:

Timeo ab illo, cuius causa possum aliquid malum pati, etiam si ipse nihil in me mali consulat.

Efferri, dicuntur cadavera mortuorum: Ire, proprie ad exequias. In And.

Effertur, imus. Virg.

Ite, ait, egregias animas.

Forma, immobilitas est & naturalis: Vultus, mouetur & fingitur. Vultum sibi fingere multi possunt, formam nemo.

Modestia, ad probitatem vultus & morum pertinet: Venustas, ad naturam corporis.

Honestū ad formam: Liberale, ad vultum.

Feci, quasi facinus: facere enim quis & homicidium dicitur: Commerui, minoris culpe est: Peccavi, multo minoris, vel levioris.

In And.

Quid feci, quid commerui, aut quid peccavi?

Damnum, rei est: Malum, ipsius hominis.

Ager, animus dicitur: Agrotum, corpus.

Dare est, quod repeatas: Dedere, est ad perpetuum. Damus, amicis: Dedimus, tantum hostibus.

Lex, ad homines: Omen, ad deos refertur.

Segnacia, ad agendum: Socordia, ad considerandum. In And.

Nihil loci segnici neque socordie.

Opem ferre, dicitur in malis rebus, & iis qui de salute dubii sunt. In Adelph.

Fer opem, serva me.

Opitulari & Opitulatio, dicta ab opem tollendo, hoc est, ferendo. In And.

Sin opitulor, huius minas.

In verbis, παρέμοιον dicitur. In And.

Incepio est amentium, haud amantium.

In nominibus, παρεγραφία. Cic. Facie magis quam facetiis ridiculus.

* Παρέμοιον quoties verba sunt: Παρεγραφία, quoties nomina.

Temulentus, vino: Temerarius, natura.

In And.

Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria.

Sanus, qui salvus est: Validus, cui multum rerum necessiarum ad salutem.

Exanimatus, est perturbatus. Virg.

Exanimata sequens impingere agmina muris.

Exanimus, mortuus. Idem.

Corpus ubi exanimum positum Pallantis.

Iracundia, ex injuria: Dolor, ex miseria.

Invenustus, cui disflicens objicitur: Infelix, cui placens negatur.

Irieptum, quod à quovis reprehendi potest: Falsum, quod etiam prudentem possit fallere.

Sollicitudo est, que inhabet mentibus: Sollicitatio, que ab alio fit.

Amor, adversus inhumanitatem: Pudor, adversus ingratum animum.

Obtestatio dicitur, quando cum adjuramus quem rogamus: Oramus, per eas res propter quas rogamus. Virgil.

— per eversę genitor fumantia Troic
Excidia obcessor.

* Oramus, que bona sunt: Supplicamus, in adversis magis, vel cum lachrymis.

Lassus, cura ex preterita spe: Confectus, sic vulneratus aut percussus ut sanari non possit. Convenit gladiatoriibus. Cic. in Catil. Gladiatori illi confecto & faucio.

* Lassus, adempta attentione: Confectus, cura confirmato timore.

Fit, quod verum est: Fingitur, quod falsum est: Invenitur, ne temere fiat: Efficitur, ut in effectum perducatur.

Quæ opinamur, putamus: Quæ putamus, incerta sunt.

Promissio & Pollicitatio eandem vim habent: sed Pollicitatio, majoris asseverationis est.

Imponitur manus rebus, cùm perficitur id quod cœperit. Virg.

Imponit regina manum.

Relinquuntur res, cum imperfecta manent. Idem.

Atque opera in medio defixa reliquit aratra.

Petimus, precario: Poscimus, imperiose: Postulamus, jure.

Expectamus, tam bona quam mala: Speramus, bona tantum.

Affolet, consuetudinis est: Oportet, rationis: Coram, ad certas personas refertur. Ut,

Coram quem queritis, ad sum.

Palam, ad omnes.

Veretur, liber: Metuit, servus.

Dispicere & Disquirere, consilium: Despicere, deorsum aspicere.

Timor, est malorum: Pudor, tantum bonorum.

Adverbia temporis aut certa sunt, ut, hodie, cras: Aut incerta, ut dudum, nuper. Itaque in certis certum additur tempus, ut, jam dudum, nunc nuper.

Pudor, est malus facti: Verecundia, recte & honesti.

Expostulare, est querelam apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit injuriam: Postulare autem, querelam dicere de altero apud alterum.

Amoliri

Amoliri dicuntur ea, que cum magna difficultate & molamine summoventur & tolluntur è medio: Discedere dicitur, qui facile abit è medio.

Amicus, animi est: Amator, corporis.

* Amator, qui ad tempiss: Amicus, qui perpetuo amat.

Inrerrogatio est, cui necessario respondetur aut etiam, aut non: Percontatio, cui nihil horum.

Grandis, ad partem atatis refertur. Ut, grandis natu: Major, generaliter & ad summam atatis refertur, & ad cōparationem atatis pariter ponitur.

Commodus esse quis potest, & alieno tempore supervenire: Opportunus, malum etiam adventum habere potest: Commodum, in homine est, adventus, in ejus facto.

Quantunvis, & Quantivis differunt, nam alterum contemplionis, alterum laudis.

Confidentia, interdum in bona significatione, interdū in mala ponitur: Fiducia, semper in bona.

Gaudemus, nostris: Gratulamur, alienis.

Sempiternum, ad deos pertinet: Perpetuum, propriè ad homines.

Vivus perit, qui etiam dormiens opprimitur. Videns perit, qui vigilans vim patitur & perit.

Falsum est, quo tegitur id quod factum est: Vanum, quod fieri non potest: Fictum, quod non est factum, & fieri potuit.

* Falsum, est fictum mendacium, simile veritati: Vanum, nec possibile, nec verisimile: Fictum, totum sine vero, sed verisimile. Falsum loqui, mendacis est: Fictum, callidi: Vanum, stulti. Falsum loqui, culpe est: Fictum, virtutis: Vanum,慷慨. Falsis, decipimus: Fictis, delectamur: Vana, contemnimus. Sic Arruntius.

Prudentia, naturalis est: Gnaritas, extrinsecus venit. Imprudens, per se: Ignarus, per alios.

Restituimur iis, quibus nos volumus: Reddimur iis, quibus nos volunt. Restituimus, volentem: Reddimus, volentibus.

* Restituitur, cupiens: Redditur, cupētibus: Redditur & Restituitur, cupiens, cupientibus.

Expectatio, certorum: Spes, incertorum. Expectatio, rerū propinquarum: Spes, longinquarū. Expectatio, destinat tempus: Spes, non destinat.

* Expectamus, ante diē: Speramus, ad diem.

Locus, natalium est: Ordo, fortuna.

Consilium, in bonis animi: Res, in potestate fortue.

Lanii, qui lanient pecora: Lanistæ, qui lanient dis præsum gladiatoriibus.

Ducitur quis, ad supplicium: Deducitur, ad leticiam.

Cura, mentis est: Curatio, medicina: Cura-tura, diligentia.

Proxima nobis, aut præterita sunt aut futura: Præsentia, ea sunt in quibus nunc sumus.

Labra, sunt superiora: Labia, inferiora.

Abducimur, unde nolumus: Ducimur, quod volumus.

Cessat, desidiosus: Requiescit, defessus.

Facetus est, qui facit verbis quod vult: Lepidus, qui politus est, ut etenim: Lautus, qui mundus & splendidus est.

Oscula, officiorum sunt: Basia, pudicorum affectum: Suavia, libidinum vel amorum.

Dolus, à ledendo dictus est, id est, à dolando; id est, minuendo. Nam & dicitur: Gracis lajio dicitur, & Dolones, tela quedam bellica: & Dolare lignum, est fascia caderere.

Prædicamus, ut res sunt: Laudamus, extolle-do. Prædicamus, voce: Laudamus, argumētum.

Statura, corpori ascribitur: Status, ad habitum refertur. Status, est χρυσa: Statura, longitudo corporis.

Indicat is, qui de se volens aliquid & de aliis etiam prodit: Confitetur, qui de se tantum, & qui invitus.

Jus est, quod omnia recta & inflexibilia exigit: Aequitas est, qua de jure multum remittit.

Rursus, est controversum: Prorsus, prius versum.

Fides, in concipiendis communionibus: De-nunciatio, comminantis est.

Inuria, que sit innoxio: Ius, illa vindicta que redditur reo.

Mācipia dicuntur, quod manu capti sunt: Servi, qui servati sunt, cum eos accidi oportet jure belli.

Concertatio, ipse actus, In Adel.

Nunquam vidi iniquius concertationem comparatum.

Certamen, re ipsa de qua certatur. Virg. s.

Velocius iaculi certamina ponit in ulmo.

Dividuum, à divisione: Dimidium, à dimen-sione dicimus.

Memor, qui apud se meminit: Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit.

Laudat coram, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epistolam, sed ipse presens: Laudat in os, qui apud ipsum loquuntur quem collaudat.

Genus, ad vivos pertinet: Familia, etiam ad defunctos.

* Genus, ad nobilitatē: Familia, ad copiā refer-

Raptio, ad personam refertur: Rapina, ad rem: Raptus, ad stuprum propriè.

Ducimus, volentes: Abducimus, invitatos.

Suademus, facilia: Persuademus, difficultia.

Suadere, facientis est: Persuadere, proficientis.

Ordo, vel bonorum vel malorum dicitur: Grex, vel bonorum vel malorum est, & levium. Cic. In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri, impudiciq; versantur.

Ineptum, est tantum stultum: Absurdum, quod & stultum est, & in ipsa stulticia diversum, & quasib; repugnans.

Ludere pīsem, est non lesum vivere: Natare, quod etiam languidi possunt.

Lenitas, ad permittendum: Facilitas, ad igno-scendum.

Pravum est, quod ipsum ludit patientem: Ma-lum, quod altos tantum.

H h Pudet,

Pudet, in his quæ tarptiter facit: Piget, in his quæ cum danno & malo. Pudere, etiam ad decus: Pigere, ad dolorem refertur. Pudet, quod turpe est. Piget, quod dolet.

Agredimur, de longinquō: Adorimur, ex insidius, & è proximo.

Patronus, aut temporale nomen est defensoris, aut certè appellatio per quam ostenditur quid illi cultus aut obsequii debeatur: Parens autem, veri amoris nomen est.

Deficit, socius: Prodit, parens: Deserit, patronus. Sallust. Post defectionem sociorum & Latii. Terent.

Prodidiisti & te illam miseram & gnatam, quo quidem in te fuit.

Plaut. Qui libertos habent eos deferunt.

Bonus est, qui non nocet: Liberalis, qui etiam prodest. Bonus, qui non peccat in facto: Liberalis, qui nec in verbis.

Orare, est placidos petere: Obscurare, iratos rogare: Obscurans, plus facit, quam orans: Plus orans, quam Rogans.

Torquemus, hominem: Extorquemus, veritatem.

Obnunciat, qui malam rem nunciat: Annunciat, qui bonam.

Erratio, est pecudum: Error, animi est, & loci in quo erratur.

Coram, indiget adjectione: Palam, non indiget. Coram, ad certas personas refertur: Palam, generaliter dicitur.

Circumspicimus, praesentia: Prospicimus, futura.

Despondet puellam, qui petit: Spondet, à quo petitur.

Ira, de causa est: Iracundia, de vicio multū irascientis.

Conservamus, parta: Quærimus, nova: Parcimus, omnibus.

Ligare, est injicere alicui vincula: Alligari quis dicitur ad aliquid, sine quo esse non possit.

Ridet, qui simpliciter ridet: Deridet, qui alterius irrisione & contemptu ridet.

Ducere, est apud alium, & palam: Subducere, apud seipsum & secreto.

Facilis est, cuius ira citò solvit: Clemens, qui non irascitur.

Clemens, est circa recte agentes: Placidus, etiam circa delinquentes. Clementis est, nulli lader os: Placi, arridere omnibus.

* Clemens, animo: Placidus, vultu.

Sævus, factis: Tristis, animo: Truculentus, vultu. Tristis, qui dolet: Truculentus & Sævus, qui terret.

Probus, sibi: Modestus, apud alios.

Adjutor, dicitur in re bona: Impulsor, in mala.

* Adjutor, & non irascente: Impulsor, a criminante & irato.

Vicium est, si tonat tantum: Calamitas, si to-

nat, & grandinat, & etiam fulminat.

Calamitas, παχεῖ τὸ καλάπου dicitur: Clades, quia clamatur: aliud grandinis culmum frangentis, aliud furi: aut doli mali. Sic Probus.

Orator est, dum agit: Exorator, cùm imprætraverit: Aliud dicentis, hoc effectuum significacionem habet.

Docet, poëta: Discit, Scenicus.

Fidus, in maximis: Fidelis, in minoribus negotiis.

* Fidus, est amicus: Fidelis, servus. (ius).

Monemus, consilio: Hortamur, impulsu.

Spoliare, est non minimam partem auferre:

Mutilare, abiquid detrahere, sine quo res esse non possit: Lacerare, cùm omnino non habetis quod immiuas.

Agere, est aliquid necessarium facere: Agitare, voluptuarium.

Expostulatio, apud illum ipsum qui peccaverit, Postulatio, de illo apud alterum.

Vilere, officii est: Videre, querentis aliquem.

* Vilere, officii est apud agrotos: Videre, cognitionis.

Scimus, que ad nos deferuntur: Rescimus, calata.

Confessio, bona rei est: Conjuratio, male.

Dedecoratur, quod honestum est in animo.

Horat. Dedicorant bene nata culpa.

Turpatur, quod honestum est corpore.

Opera est, si scientes leserimus: Culpa, si nescientes: alterum sceleris, alterum stulticia est.

Refellit, qui negat: Purgat, qui fatetur, & se defendit. Refellimus, per conjecturam: Purgamus, per cateros status.

Iratus, qui ex aliqua re lacestus irascitur: Iracundus, qui ex parva nullave causa precedente irascitur.

Rursum, propriè retro: Prorsum, antè significat.

Trepidatio, ad vocem refertur loquentium: Cursatio, ad sonū pedum. Trepidatur, ab his qui morbi putant: Cursatur, ab his qui raptū sciunt.

Exanimatus est conterritus, conturbatus.

In And.

Quidnam Pamphilum examinatum video?

Exanimus, verò est occisus. Virg.

Corpus ubi exanimum positum Pallanis.

Fortuna, in incerto: Fors Fortuna, in bone ponitur. Virg.

Si qua in te fortuna fuisset. Et ipse.

O fors fortuna

* Fortuna, dicta est incerta res. Fors Fortuna, eventus fortune bonus.

Tecta, ne videantur: Tacita, ne dicantur.

* Tecta sunt, ne hec aliusciant: Tacita, ne ipse indicet.

Sobrini, ex duabus sororibus: Consobrini, ex fratre & sorore. Consobrini, cùm de fratre natus est alter, & alter ex sorore: cùm ex fratribus, Patruelis dicuntur.

Mereri,

Mereri, bona dicimus: Commerteri mala, id est, delinquere, peccare. In Hecyra.

Sepe quod vellem, meritam scio.

Virg. — Ego te, que plurima fando,

Enumerare vales, nunquam regina negabo Promeritam.

Scimus, manifesta: Rescimus, occulta.

Prospicere, futura: Iudicare, presentia.

Edicimus, quod jubemus fieri. Interdicimus, quod vetamus fieri. Edicimus, uni generi hominum: Interdicimus, diversis.

Agit, qui rem justam dicit: Orat, qui animo demissio precatur, ut quasi beneficium presteretur sibi.

Scitum dicunt, quod placet: Inscitum, quod displicet.

Offerimus injuriam, non merenti: Reddimus, ei qui meretur.

Accersi dicitur uxor ad maritum: Abduci a marito ad divertium. Virg.

Et gremius abducere pacias.

Facilis, ad peccatum: Benevolus, ad iram refertur.

Segregari dicitur quis, à meretrice: Sejungi, ab uxore.

Redditur nobis, quod nostri cupidum est: Restitutur nobis, cuius cupidus sumus.

Resciscunt, ad quos pertinet, & qui nesciunt: Sciunt, qui negligunt: Resciscimus, ex alio: Scimus, etiam per nostram opinionem.

Bonitas, in omnibus generaliter rebus est: Aequanimitas, in spectando. Bonitas, in probandis his que bona sunt: Aequanimitas, in ignoscendis viciis atque delictis.

Metuimus, eos qui nos amant: Timemus, etiam inimicos.

Vtimur, cum honore: Abutimur, cum injurya.

Cura, est in spe bonorum: Solicitudo, in metu malorum.

Refutatio, in rem est: Confutatio, in personam.

Stillare, est guttas emittere è corpore: Extillari, ipsum corpus guttatum finiri.

Deliratio, senectuti convenit: Timor, conscientie.

Fl. Sosipatri Charisi ex artis Grammaticæ institutionibus.

Servitium, multitudo est servorum: Servitus, conditio serviendi: sed veteres indifferenter servitium & pro servitute posuerunt. Virg.

Aeneid. 3.

Servitio enixè tulimus.

Mendum, in mendacii significatione dicitur: Menda, in culpa operis aut corporis.

Eborum, & Eboratum, & Eburnum, ita

placuit distinguere, ut Eboreum, sit ex solidi ebore confectum: Eboratum, extrinsecus ebore ornatum: Eburnum, à similitudine eboris aptatum.

Podagrosus, à podagra bene dicitur: Sede.

Podagricus, à pedum egritudine.

Æditimus dicitur, qui aedem servat, quasi adiutus: Æditus, ab aede tuenda.

Cum dicimus Hispanos, nomen nationis ostendimus: Cum autem Hispanienses, cognomen eorum qui provinciam Hispaniam incolunt, etsi non sint Hispani.

Lanius dicitur coccus, ut Tarent. Lanii cocci.

Lanio autem, quasi diminutio est lanii.

Cubicularius, est custos cubiculi: Cubicularis vero lectus cubiculo aptus.

Caligarius, artifex: Caligaris, clavus.

Clypeus genere masculino, significatione scutum ponitur, ut Labienus ait: neutrò autem genere, imaginem significat. Plinius Dubii sermonis secundo, indistincto genere dici ait, sed litera differre, ut pugnatorum per i Clipeum dicamus, quod est à Clepere, id est, calare dictum: Imaginem vero per us, à cluendo. Sed hec differentia mihi displicet, propter communionem i & u literariorum.

Munificus, est tanquam beneficis: Munifex autem, tanquam opifex & artifex: Itaque Munificus, munera largitur: Munifex autem, manere fungitur.

Divinitus cum dicimus, ex Dei mente factum significamus: Divinè verò, cum laudamus.

Rediviva dicimus, que post interitum redeunt: Recidiva, que ex suo casu restituntur, inde Virg.

Recidiva manu posuisse Pergama vicit.

Necessitas, imperii: Necessitudo, sanguinis conjunctio. Sallustius tamē necessitudinem se pro necessitate ponit, nec unquam necessitatem aut ipse aut quisquam veterum.

Vicinia, dicitur loci demonstratio: Vicinitas, verò vicinorum conductio.

Longitudo, mensura est: Longinquitas, regionis aut temporis.

Largè, qualitatis: Largiter, quantitatis: undi nascitur Largitas aut Largitio. Nam Largitudo, nusquam inventur, nisi apud Nepotem.

Insomnia, plurali numero significari volunt Grammatici Somnia: singulari vero numero, vigiliam. Ut Paccuvius in Antiopa dixit,

Perdita illuvie atque insomnia.

Gilones dicuntur, quorum capita oblonga & compressa sunt: Chilones autem, cum aspiratio-

ne, ex Greco, à labris improbioribus, que illi Χίλιοι, unde Chilones, improbus labeat.

Nihil si dicas, quantitatatem notas: Si vero Nili, adjuncta, i. hominis mores.

Labra, modica: Labia, immoda, & inde Labiones.

Lingula, cum non à lingendo dicta est, in argento: In calceis vero Lingula, à ligando: Sed usus ligulam sine frequentat.

Saturitas, in cibo tantum dicitur: In ceteris vero, Satietas.

Stirps, in significatione sibolis, fœminino genere dicitur, ut ait Virg.

Heu stirpem invisam.

Sed cùm materiam significat, masculino modo, stirpem rectum. *Idem.*

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacram sustulerant.

Brevis, in natura: Pusillus, in corpore, ut, Brevis dies, Pusillus homo.

Pometa dicuntur, ubi poma nascuntur, ut oliveta: Pomaria autem, ubi servantur, ut Penuaria.

Intrò, est in locum: Intus, in loco dicimus.

Quando, acuta prima syllaba interrogationem temporis significat. Ut,

Quando erit illa dies?

Sed si posterior gravetur, significat quoniam, vel quandoquidem. *Virgil.*

— Quando tot stragis acervos

Teucrorum tua dextra dedit. —

Tergum, hominis: Tergus, pecoris nominatur.

